

Balassi kiadatlan végrendelet-törödéke

A szepesi káptalan levéltára (Szepesvárálja) őrzi Balassi ismert magyar nyelvű végrendeletét 1585-ből. Kutatóink figyelmét azonban elkerülte az ugyanott található latin nyelvű végrendelettörödéke, amely a káptalani hiteles hely jegyzőkönyvében a magyar nyelvűt közvetlenül megelőzi.¹ A magyar nyelvű szöveg rendelkezéseinek az első harmada szerepel e latin nyelvűben s a bevezető sorok kivételével csaknem azonos fogalmazásban. A bevezető részben a szepesi káptalan mint hiteles hely tanúsítja, hogy a beteg Balassi nem tudván személyesen felkeresni a szepesi vagy más hiteles helyet, két megbízottját, Sárosi Tamás és Komár György kanonokot küldte el végrendeletének hitelesítésére. A magyar nyelvű végrendelet 1585. október 3-án készült, s valószínű, hogy Sárosi Tamás és Komár György ennek a szöveggel jelentkezett a szepesi káptalannál.

Az alábbiakban közöljük a végrendelettörödéke szövegét:

Testamentum Valentini Balassa²

Nos capitulum v. universis, quod cum Nos ad instantem et legitimam petitionem Magnifici domini Valentini Balassa de giarmath, comitis Comitatus Neogradiensis, qui propter adversam suam valetudinem nostram vel alterius loci credibilis venire nequivisset in praesentiam, duos e medio nostri videlicet venerabiles magistros Thomam Saarossium (?) et Georgium Komar socios, fratres et canonicos nostros ad infrascriptam testamentariam dispositionem exaudiendam nostro pro testimonio fidedignos duxissemus esse transmittendos. Ipsi tandem exinde ad nos reversi nobis sub iuramento pariformiter retulerunt hoc modo, quomodo ipsi sabbatho proximo ante festum beati Galli confessoris novissime transactum praeterito ad facies arcis Wywar dictae in Comitatu Liphoviensi Existens habitas (?) consequenter ibidem erga praefatum Valentinum Balassa de gyarmath in lecto aegritudinis suae decumbentem accessissent, qui quidem Valentinus Balassa (corp)ore quidem infirmus sed mente (parites) et anima sanus coram antedictis testimoniis nostris personaliter constitutus tale ultimum verum, legitimum ac reale fecisset testamentum: Imprimis autem animam suam Deo, omnipotenti creatori suo commendasset, corpus vero terrae honorifice sepeliendum. Quoniam vero cuilibet christiano homini morituro necessaria heredum iura tangi vel affici convenit, proinde idem dominus testator quoque de bonis et rebus suis mobilibus taliter disposuisset, quod ipse totalem portionem suam in praedicta arce Wywar et in Wegles arcibus nuncupatis, quae inter res mobiles tanquam bona pignoraticia computantur cum cunctis suis pertinentiis, ceterisque rebus pariter mobilibus aureis item et argenteis ac allodiaturis cuiusque generis existant universis generosae ac magnificae dominae Christinae Dobo de Ruzka consorti suae testamentaliter legasset. Item habet idem dominus testator cum magnifico domino Francisco Balassa de giarmath fratre suo ter mille florenos viennenses in camera salium in bancho sive in interesse, fructus illius summae seu usura annalis ipsum testatorem ex dimidia parte concernit, quam quidem usuram seu fructum ex dimidia portione sibi congruentem simili ratione memoratae dominae Christinae Dobo de Ruzka consorti suae legasset. Item magnificus quondam dominus Johannes Balassa genitor ipsius testatoris una cum magnifico domino Andrea similiter Balassa de gyarmath dederant mutuo ad interesse magnifico domino Francisco Dobo de Ruzka duodecim millia florenorum Hungaricorum. Ex qua quidem summa edunt ad partem ipsius domini testatoris tria millia florenorum et

¹ Szepesi káptalan levéltára (Szepesvárálja) Prot. 1586. fol. 24.

² A rendkívül nehezen olvasható kéziratról készült mikrofilm megfajtásáért SINKOVITS ISTVÁN professornak tartozom köszönettel.

ex eadem summa duodecim millia florenorum deputati fuerant bis mille florenorum, quos praetacta domina Christina Dobo pro sua paratu (?) exsolvere dicto domino testatori debuisset, eosdem bis mille florenos eidem dominae consorti suae gratuito relaxavit et condonavit. Ita ut nullus fratrum ipsius domini testatoris nullo unquam tempore hanc summam super praedicta domina Christina Dobo, iure vel quovis alio modo a modo deinceps requirere vel exigere posset. Nam idem dominus testator de praetacta sua portione tria millia florenorum sibi ex sepedicta summa duodecim millium florenorum provenire debentium hanc bis mille florenos eidem dominae coniugi suae relaxavit. Restabunt adhuc mille floreni, quibus dictus dominus Franciscus Dobo eidem testatori obligaretur, hos siquidem mille florenos praefato Francisco Balassa fratri suo legasset. Item res suas argenteas, quarum numerus sibi non constat, quia etiam registum est super his deperditum, quae in arce Saaropathak vocata remanserunt in quibus quidem rebus argenteis habentur scutellae, cuppae et alia fragmenta argentea, orbes argentei, haec etiam sepedictae dominae consorti suae legasset. Item habet in eadem praeterea arce idem dominus testator tres sellas deargentatas, duos pugiones argentatos et deauratos, duo fixoria argentea vulgo hegiesther(ek) dicta, alterum argento solum, alterum argento deaurato tectum, unam galeam deargentatam, unam loricam deargentatam . . . unum collare equorum ex argento deaurato, unum antile et postile epiphia equorum argenteum et deauratum, unum par calcarum ex argento, unum frenum deargentatum et deauratum, unum frenum quo equi ligari solent, quod Johannes [Horvat?] praeparavit deargentatus, unam galeam deargentatam in Velethe habet, cuius genae, et collaria acrostra ex argento deaurato sunt fabricata quas quidem res omnimoda militaria instrumenta domino Francisco Balassa strenuo militi ac fratri suo charissimo testamentaliter legasset. Item quod ad

*

A kritikai kiadásban szereplő magyar nyelvű végrendelet szövegén³ az eredetivel való összevetés után néhány igazítást kell tennünk:

Kritikai kiadás

Kézirat

342. l.

7. sor: hagyom az én
11. atyám hagyott
12. tizenkét ezer forint
14. az ő részéből
16. mert én
26. ezüstös aranyozott szügyelóm

az my kewes wagyon mynd majorsagal egyetemben, hagyom az en atyám adott tyzen két ezer forintnak az ő résziről mert az en eszüsteos szügyeleóm

343. l.

14. szerint az
16. ne foglalhassa
24. az várbeli
37. minden egy

szerýnt, az en ne foglalhassa el az vj varbely mynden ruhamot egy

344. l.

18—19. millesimo quingentesimo quinto

millesimo quingentesimo octuagesimo quinto

Komlowszki Tibor

³ összes művel I. Bp. 1951. Összeállította ECKHARDT SÁNDOR. 342—344.